



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Josephus-Hermannus C. 4. Aprilis

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

176 VITÆ SANCTORVM. 4. April
bulas ultima & longissima fabula ipsimet fiant: L.
Menais.

Sicut ignis in lignis viridibus suffocatur, ita sapientia in adolescentiâ temptationibus & libidine impedita non explicat suum fulgorem, nisi labore, & studio, & oratione incentiva juventutis repellantur. S. Hier. ad Nep.

S. JOSEPHUS - HERMANNUS C.
4. Aprilis

HERMANNVS septem annorum puerulus cœpit inter ultimam rerum omnium inopianias, sed præ Musis impensè MARIAM colere. Eam cùm in templi ideo ludentem cum FILIOLO & D. Joanne vidisset, dextrâ VIRGINIS in societatem accitus, homo Superis collusit: puto ut cœlum ostenderet, quis maximè ludus studiosum adolescentem deceret. A ludo saxum monstravi PATRONA, unde quoties egeret, nummos promeret. Ita Mecænate cœlo usus, simul annum XIII fuit ingressus, mundo est egressus, & candidum Præmonstrati Ordinis habitum Steinfeldiae suscepit; ratus longum cœli iter adolescentiæ maturi neundum esse. Inter religiosæ vitæ studia tam amor in HERMANNO MARIAE, quam HERMANNI in MARIA crevit, ut eum primum amansissimo JOSEPHI nomine donaret, tum deinde sponsum deligeret, dotemque in manus omnes cœli devicias FILIVM daret. Ægritudines illius complures suâ manu abstersit. Tristiorum, quod muniis aliis distractus precibus vacare non posset, monuit, plus apud Superos solicita in alios studia quam quieta inter preces suspiria mereri. Quoties genii supplex MARIAE nomen venerabatur, toties omnibus perfundi sibi odoribus visus est. Cœlo hic.

4. April. VITÆ S A N C T O R V M . 177
hiemante litantis manus , ne à frigore offenderen-
tur, JESVS & MARIA fovebant, duo utique cali-
diffimá sidera. Corpusculum mortui ut supra ter-
ram semper, ita etiam sub terrâ diu integrum man-
sat ; an quia odoribus, quos memoravimus , illud
condivit ? Ex Surio.

Ecce parvulus in medio statuitur : studeamus effici,
sicut parvulus iste: discamus ab eo, quia mitis est & hu-
milis corde ; ne magnus videlicet Deus sine caufa sit
factus homo parvus , ne gratis mortuus , ne in vacuum
crucifixus. Bern. serm. 3. sup. Missus.

S. THEODULUS & AGATHOPUS

M M . 4. Aprilis.

N Emovel citò vel serò nimis cæli viam ingre-
ditur , si quidem ingreditur. Juvenis ætate
THEODVLVS , senex AGATHOPVS , parili tamen
cursu per Martyrum stadium cucurrerunt, anno à
Christi ortu quarto supra trecentesimum. Et
THEODVLVS quidem ante cursum, bravium (cer-
tè arham bravii) scribitur ē cælo annulum acce-
pisse , qui artificis cæli manum crebris miraculis,
quibus omnes passim morbos pellebat , laudavit.
Porrò cùm intra carceres ambo adhuc consiste-
rent , in somnis ab ipso Numine sunt animati, ipsi
verò ad fidem exemplo suo adductos alios ani-
marunt. Postridie ad virtutis theatrum (tribunal
tyranni) tracti in ruborem hunc , in lassitudinem
tortores dederunt. Èà, quæ secuta est, nocte, ite-
rum carceribus clausi , idem uterque in somnis
sommum viderunt. Naufragium sibi facere vide-
bantur, sed auspicatum illud , & nimium fortuna-
tum: quodd cæteris quidem, quorum longè plurimi
erant,

H 5